

Alte Drucke

Hypotypōsis hygianontōn logōn, Sive, Forma Sanorvm Verborvm

Breithaupt, Joachim Just

Halaе, 1707

VD18 14853671-005

APHORISMVS XXIX.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and further information please contact the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Ius grauiter docet, Ephes. V. 5. seqq. Liberorum educatio, atque administratio rei familiaris, ARENA est, in qua vinci potest Diabolus. Vid. Pauli & reliqq. Apost. in Epist. paræses.

CONSENSVS ORTHODORVM

Libb. Symmb. A. C. Art. XIV. p. 13. Art. V. p. 10. 11. Art. XIV. p. 14. Apol. A. C. p. 104. & p. 114. seqq. Art. Smalc. p. 334. B. Gerhardus fusissime in LL. CC. Tom. VI. VII. &c. D. Breithaupt Instit. Theol. L. IV. c. III. p. 478. seqq. Idem Thes. Cred. & Agend. L. IV. c. III. Th. Moral. p. 243. seqq. &c.

APHORISMVS XXIX.

SAluti Ecclesiæ, in hac vita vere inchoatæ, con-
summationem adducent nouissima. Et Mors *De Nouissimis.*
quidem, corporis & animæ dissolutio, ex peccati Heb. 9, 27.
labe, communis omnibus, transitus est fidelibus Rom. 5, 12. c. 6,
ad salutem, infidelibus ad condemnationem æternam. 23. &c. 1. Cor.
Recipient utriusque corpora sua in Resurrec- 15, 21. seqq. Iob.
tione, dum Christus, ad iudicandum viuos & 19, 25. 26. 27.
mortuos, gloriose redditurus, atque suis hæreditate Ez. 37, 5. 6. Dan.
tem Patris, incredulis vero cruciatus æternos ad- 12, 2. 3. Heb. 9,
iudicaturus est. Tum creaturæ mundi omnes, rati- 28. 1. Pet. 4, 5.
onibus exceptis, igne conflagrabunt. damnati au- seqq. Matth.
tem ad ignis infernalis poenas detrudentur, cum 25, 31. seqq. &c.
Diabolis æternum excrucianti; Electi, corporibus 2. Pet. 3, 10. &c.
glorificatis Deo conformes redditi, æternæ ac ineffabili gloriæ adserentur.

Grauis illa Christi in suos Discipulos obiurgatio : *Non*
est vestrum, nosse tempora, sive opportunitates, quas Pater in sua ipsius
auctoritate statuit, Act. I. 7. ab intempestiuo opinionum circa
nouissima, quarum ætas hæc, mirum, quam sit fertilis, au-
cupio, reddit nos quam alienissimos ; quippe qui comper-
tum habeamus, nihil tutius, consultius nihil esse, quam in
regno gratiæ ita viuere, vt ne olim regno gloriæ indigni, ci-

vitate cælesti , excludamur. Apoc. XXII. 14. 15. Beati ! quibus illud Pauli haud fictum est : Nemo nostrum sibi viuit, nemo sibi moritur ; sed siue viuimus , siue morimur , Domino morimur ; siue ergo viuimus , siue morimur , Domini sumus . Rom. XIV. 7. 8. Confer. cautela Christi. Luc. XXI. 34. 35. 36. col. cum 2. Pet. III. &c.

CONSENSVS ORTHODOXORVM.

Libb. Symbb. A. C. Art. XVII. 14. Apol. A. C. p. 217. &c. B. Gerhardus LL. C C. Tom. VIII. et X. D. Lyserus in Summario .LL. Theol. De Salutis Consummatione &c. D. Breithaupt Instit. Theol. I. IV. c. 111. §. IV. p. 481 seqq. Idem Thes. Cred. & Agend. L. IV. c. 111. Thes. II. p. 241. seqq.

CONCLVSION.

Finem itaque Dissertationi imponimus nostræ , tractatione eiusdem , a primis Theologiz capitibus, ad ipsa nouissima , tamquam ultimam rerum avanciori , perducta. FORMAM SANORVM VERBORVM , illa Apostoli cohortatione pen- si habita : ὁποῖον μὲν ἡχεῖ ὑγιανότατος λόγος , 2. Tim. I. 13. exhibere sedebat animo ; non prout quidem exhiberi potuisset , diffuse , verum tamen , strictim modo , ut id speciminis academicæ ratio , & alia , quæ nos circumstant , multa , per- mittebant. Verum super est , quod monendum simul videtur ; quidquid hic , Pio Lectori sistitur , candida id ipsum mente , ceu in facie Domini , ex Scriptu- ris assertum , atque testimonio , seu consensu Patrum Ecclesie nostre illustratum esse. Aequis rerum estimatoribus sat ! Nullum enim , teste Philippo , remo- dium est aduersus Sycophanta morsum . Nec tam circumspetile dici potest quid- quam , Et calunniam evitare queat. Apol. A. C. p. 144.

Sed euge , o IESV CHRISTE ! quid TIBI pro his omnibus nos miseri & egeni retribuemus ? Tua enim sunt omnia , & nihil a nobis petis , nisi Et saluemur : at hoc ipsum etiam TV das : & quidem accipientibus gratiam habes , propter ineffa- bilem TVAM bonitatem . TIBI sit gratia , quod , cum non effemus , dedisti , Et effe- mus , cumque perditi effemus , ex gratia nobis donasti , Et bene effemus : ac , qui inde prolapsi sunt , eos rursus erigis ac reducere eo , propter ineffabilem TVAM demissio- nem . Precamur TE porro , perfice in nobis , TVAE , quod incepisti , opus gratiae . Enimuero mundus , quem incolimus , errorum & illecebrarum , plenissimus est : ergo , doceas nos & ducas ; quippe VIA & VERITAS es . Caro , quam gerimus , pec- cati semen altius adhuc insitum habet : igitur , ne propullulet , TVA virtute prohibe ; quippe VITA es . Satanas , cui resistimus languidi , nos supplantare nititur : hunc TV breui pedibus nostris subiice ; quippe LEO es . Et quid precemur amplius ? Da , vt abs TE diuellamur numquam , sed enim TE sequamur perpetuo ; per gloriæ & dedecus ; per conuicia & laudes ; vti impostores , & tamen veraces ; vti ignoti , & tamen noti ; vt morientes , & tamen vt viuamus ; vt qui castiga- mur , neque tamen morte afficiamur ; vt tristes , semper tamen gaudentes ; vt ni- hil habentes , interim omnia obtinentes . DOMINE ! sanctifica nos in veritate TVA , Verbum TVVM est veritas ; quo sic in nobis , & per nos , TVI , non no- stri , nominis gloria intendatur .

לֹא לְנוּ יְהוָה לֹא לְנוּ כִּי לְשָׁמֶךָ תֵּן כְּבוֹד עַל
חֲסִיךְ עַל אַמְתָּךְ :